II.

*) omnia glorioso et merito rectę fidei ac uerę religionis boni-
que studii ab omnib; catholicis rite uenerando hluthario augu-
sto rhabanus uilissimus seruorum di seruus cotidie optat
et orat aeternam in XPo sal. Epistola uestra quā mihi missis-
conquirentes**) quod non haberetis. idoneam expositionē lectionū diuina-
rum. atque euangelicorum capitulorum quę p totum annum in
missarum celebrationibus in ecclesiis di leguntur. exhortantes par-
uitatem meam ut de diuersorum patrum opusculis colligerem ea
que ipsi inde tractando ediderunt atque in unum uolumen colli-
gerem. hoc ergo cum trepidarē incipere propter corporis egritudi-
nem. et animi debilitatē. qui licet numquā aliquid fuerim longe ta-
men propter grandevam aetatem modo aliud sum quam eram
iuxta illud gentilis poete quo ait. omnia fert aetas animum quo-
que nec lectioni possum affidue operam dare***) sicut quondam
solebam quantū licebat quō sepius suscipit me lectulus meus
cubantem quā cathedra tenet meditantē aut docentem: sed ta-
men quia uestrae uoluntati resistere nolui. sed parere elegi in
omnibus quantū potui. opus quod postulastis inchoaui et licet
non condigne tamen breui expositione lectionū illud consumare
atque conficere quantum uires sinebant studui. cuius primā par-
tem uob modo hoc est a natiuitate dni usque in pascha p
oportunitate temporis ad legendum transmisi. sequentem aut

aut

*) Die Initiale fehlt. **) sic. ***) sic.